Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

decimas suas. addet quintam partem earum omnium decimarum.
Boues & oues & capre quae sub pastoris virga transeunt. quae
quod decimum uenerit. sanctificabit domino. Non eligetur nec bonum nec
malum. nec altero commutabit. Si quis mutauerit. & quod mutatum
est. & pro quo mutatum est. sanctificabitur domino. & non redimetur. Haec sunt praecepta
quae mandauit dominus per manum moysi ad filios israel in monte sinai.

Explicit liber Leuitici. Incipiunt cap.

Recognitio duodecim tribuum facta a moyse libri numeri. i.
& aaron & xii. tribuum principibus a triginta annis & super per leuitas & de m & dl.
ii Iubet dominus tribum leui non numerari. ut in tabernaculo deseruiant & ministrant.
iii Iubet dominus ut ordinate procedant per domos patrias & turmas. iiii De genere mo
ysi et aaron & filiorum eius quae ad sacerdotium uncti sint. v Leuitas dicit dominus adiungi
aaron eo quod sibi accepit eos pro omnibus primogenitis israel. leuitae dinumerantur a mense
uno & super duodecim milia. cc lxxiii. vi Omne primogenitum filiorum israel a mense
uno & super uisum est domino dinumerari. vii Filios caath iubet dominus portare arcam &
mensam & altare & ne tangant sancta nemoriantur. viii Filios gerson iubet portare
dominus tabernaculum & lora. viiii Filios merari capita tabernaculi. & teras. & columnas
& bases omnis portantes opus tabernaculi. viii. d lxx. x Iubet dominus eici de castris
omne immundum. xi De muliere quae latenter fuerit adulterata. xii De his qui votum
uouerint castitatis. xiii Quorum benedicant populum sacerdotes. xiiii Vngit
moyses tabernaculum. & principes munera moysi offerunt. xv Singuli per singulos dies
xii. principes munera sua moysi offerunt. xvi De candelabro & lucernis.
xvii De leuitis purificatis ad ministerium tabernaculi. xviii A triginta quinque annis leui
tas accedere administrandum & a quinquaginta recedere. xviiii Anno secundo
egressionis exegypto in primo mense iubet dominus celebrari pascha. xx Perfectum est
tabernaculum & nubes texit illud in die & ignis in nocte. xxi Precedente nube
exercitus praecepto promouebant & consistebant. xxii De tubis argenteis ad promouenda
castra. xxiii In secundo anno secundo mense promouent omnis castra. xxiiii Hobab ge
nerum suum hortatur moyses uenire secum. xxv Promouerunt se de monte domini & arca
testamenti precedebat eos. xxvi Murmurauit populus & ignis consumpsit aliquos
ex ipsis. xxvii Fleuit populus petens carnes. & dixit moyses ad dominum non potero